

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XLII. Domui suae benè praesit, & liberos (si quos Deus dedit,) in timore Domini
educet.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

XLII.

Domui suae benè praesit, & liberos
(si quos Deus dedit,) in timore Do-
mini educet.

Ἐξήγησις.

Reqvirit & hanc Apostolus in Episcopo
conditionem, ut propriam domum re-
ctè gubernet. Oportet, inquit, Episcopum es-
se τὸν ἰδίῳ οἴκῳ καλῶς προϊστάμενον, *qui suae domui benè
praesit, & filios habeat subditos, μετὰ πάσης σεμνότη-
τος, cum omni castitate.* (honestate, ut Beza,
reverentia, ut Erasmus vertit) 1. Tim. III. 4.
Idem à Diaconis reqvirit, ut scil. sint τέκνων κα-
λῶς ποιοῦντες οἶκον, καὶ τῶν ἰδίων οἰκῶν v. 12. *ut liberis
rectè praesint & propriis domibus.* Præcepti ra-
tio subjiçitur. v. 5. *Si autem quis propriae do-
mui praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei curam
geret. q. d. Quomodo se benè geret in nego-
cio publico, qui domum privatam malè ad-
ministrat; quomodo alienos in officio con-
tinebit, qui suos non potest coërcere? Qui
scapham nescit gubernare, quomodo navim
sive onerariam five praetoriam gubernet?
Si illic praestet vigilantem patremfamilias, si
omnia in officio continet, si liberos habet mori-
geros, dictoque audientes, si sic institutos, ut in-
genuo pudore moribusque compositis testentur*
S san-

sanctam educationem, bona spes est, fore, ut publicam omnium curam graviter gerat, qui in administratione rei domestica specimen egregium sui præbuerit ---- Qui sperare possis hunc totius Ecclesiæ curam bene gesturum, qui privata domui suæ non noverit præesse? Quomodo curabit tam multas, qui uni curandæ non suffecerit? ut bene sensum verborum Apostoli expressit Erasmus in paraphrasi. Chrysostomus inquit. Homil. X. in. i. Tim. III. Oportet, ut ex vicino atque ex re domestica virtutis suæ Episcopus præbeat indicia, Quis enim crederet illum alienos quosque subjectos habiturum, qui filios non habuerit subditos. Et Hom. II. in cap. I. Epist. ad Tit. ait; Qui filiorum magister esse non potuit, quo pacto alios docere posse putandus est? Si quos ab initio secum semper habuit, perverti permisit, & quorum sibi & per leges & jure naturæ potestas omnis indulta erat, eos regere, moderarique non potuit, quomodo alienis prodesse valebit. Qui suæ domui benè præsit, ait Apostolus, per domum intelligit familiam, quæ uxorem, liberos & famulitium complectitur. Non dicit, qui domui suæ præesse desinat, non enim vult, ut se abdicet administratione rei familiaris, nec dicit, qui præsit quovis modo, sed qui benè. Sic quovis quæ externæ sapientiæ autores argumentantur,

bantur, quod is, qui rem familiarem suam recte administraverit, rei quoque publicæ convenienter possit contrèctare negotia. Ita *Æschines*, Oratorum Atheniensium prudentissimus adversus *Timarchum* scribit; τὸν γὰρ τίς ἰδὲν οἰκίαν κακῶς οἰκίσαντα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς πόλεως παρὰ πλοῖως ἤγυστο διαδήσειν. (alii legunt καταδήσειν.) Eum, qui propriam familiam male disponat, Rempublicam quoque non melius ordinaturum præsumi. Ὁ πρὸς τὰ ἐνδον πονηρὸς, οἷός τ' ἐν γένει πρὸς τὰ ἔξω χρηστός, domi nequam, foris bonus esse nequit, *Themistius* Orat. I. de Amicit. Et male ei committuntur aliena, qui sua negligit. Is autem domui suæ recte præesse censendus est, non qui exactè calleat & astutè exerceat artem & rationes amplificandi res suas, augendiq; opes, (quamvis non omnis excludenda cura alimonix,) sed qui disciplinam moderetur domesticam, exemplo laudatæ vitæ præluces domesticis, servos & ancillas benignè tractans, *Ephes. VI. 9.* universam familiam ob necessariam in pietate & timore Dei informationem, *Gen. XVIII. 19. Deuter. VI. 6. seq.* & precum conjunctionem sæpius convocans, atque sanctis monitis, & si opus sit, serveriore correptione suos & castigatione velut intra cancellos virtutis ac honesti continens, Atque huc collimare *S. Paulum*

lum sequens membrum ostendit, quo requiritur ab Episcopo, ut *liberos habeat* ἐν ὑποταγῇ, i. e. inquit *Camerarius* in h. l. ὑποταγῆς καὶ ὑποταγῆς, subjectioni paternæ assuefactos, ad nutum obediētes, morigeros, καὶ πάσης σεμνότητος, in vel cum omni honestate, verecundiā, morumque gravitate, qvalis in illam ætatem cadere potest. Nimirum requirit, ut educantur filii ἐν παιδείᾳ καὶ ἐν δεσπότητι, in institutione & commonefactione Domini, ut Apostolus ipse explicat, Ephes. VI. 4. Ad Titum scribens vult, ut habeat Episcopus filios fideles, (si pater sit, vult esse liberos illius non alienos à communitate fidei Christianæ. Hinc in Concilio Carthag. III. Can. 18. statuitur; ne quis Episcopus Presbyter aut Diaconus ordinetur prius, quàm omnes domesticos suos Christianos effecisset.) non obnoxios crimini luxus, non refractarios, Tit. I. 6. Ingenium parentum referunt quodammodò filiorum mores, horumq; vitia arguunt illorum negligentiam vel indulgentiam. Sciebat Gentium Doctor, quantum nocuisset indulgentia Eli Ecclesiæ Israëlitiæ & quantum referat, in filiis tanquam speculo virtutes paternas refulgere. Non est quidem penes Patrem, qvales fiant filii. Interdum enim optima educatio caret suo fructu. Cum tamen plerumque mali liberorum

mo-

mores sint indicia educationis negligentis, Apostolus inde iudicium vult fieri de Ministro Ecclesiæ eligendo, ut observat D. Joh. Crocius in Com. h. l. Quæritur hîc. Cum requirat S. Paulus, ut Episcopus domui suæ bene præsit, *an dicitur à Ministerio Ecclesiastico excludendus?* Resp. Negatur; Non enim requirit, ut habeat propriam domum, quasi Episcopus esse nequeat, qui non sit paterfamilias. Sed ut habens domum vel familiam, eâ se non abdicet, sed illam bene administret.

Q. II. *An is, qui bona sua prodigè vivendo profundit & dilapidat, ac fortunas suas abligerit, Liberisq; suis conniver & malitiam ipsorum lenitate suâ auget, pollet tamen insigni dono docendi, num admittendus ad Episcopalem dignitatem?* Resp. Non admittendus; hoc uno nomine, quia malè præest domui suæ. Mala administratio domus propriæ, à Ministerio juxta Apostolum excludit. Q. III. *Si quis non intelligat rem familiarem, Ejusque administrationem, de cætero aptus & idoneus, an hac unâ de causâ arcendus sit à Ministerio?* Resp. Administratio est vel τὸν βιωτικὸν i. e. eorum, quæ ad vitam sustentandam, & victum ac amictum comparandum pertinent, vel disciplinæ, non tam illius, quàm hujus ignorantia vel neglectus inidoneum reddit ad Ministerium Ecclesiasti-